

In mandatis dant, ut singulis diebus Dominicis Fideles de hac obligatione commoneant; ipsamque edicant, ab Episcopis puniendis fore, qui servato iuris ordine deferentur, videlicet per testes eorum Fraternitatis exhibitos, quorum deponitione convinci possint. Fatendum tamen est, nullum promptius atque aptius remedium fore, quam si Confessarii sedulo muneri suo satisfecerint.

Hejus igitur legis tam gravis, ad Parochialem Missam audiendam quod attinet, executio proprie ad Confessarios spectat; hujus obligationis fines penitentes monere debent, dum Sacramenta susceperint ad absentiam suam in hoc negotio tuendam asserere possunt, singulim expendere. Cum enim Parochianus quoad hujus absentiae excusationes confitendum suam Confessario fideliter aperiat, quam Episcopo, qui eundem persequeretur, potest proinde Confessarius longae melius quam Episcopus de penitentis excusationibus iudicare. Aliis quippe excusationes legitime sunt, quas probari necesse est; alias vero Confessarius suscipere minime debet, ostendens Parochialis Missa haud satis iusta, exempli causa, Parochiano causa esse, pronuntiare, quod iam dictum est, eam se melius alibi audire; nam juxta Tridentinum Concilium mentem ea una, ut videtur, rationabilis excusatio est, quae ex legitimo provenit impedimento, quo Parochianus adeunda atque audienda Parochiali Missa inepus effectur.

Quia porro patres ac matres familias, aliique, quibus aliorum cura commissa est, tenentur praecipue Parochiali Missa diebus Dominicis interesse, ut eos, qui sibi concediti sunt, instruere valeant, ideo Confessarii operam dare debent, ut eos potissimum ad id officii praestandum extiment. Ut

MISSIONARIJ SANCTI LAZARI.

Presbyteri Missionis, seu Missionarii Sancti Lazari Congregationem componunt ann. 1626. institutam a Vincentio de Paulo, quem Benedictus XIII. ann. 1728. in Beatorum album retulit, quique ejusdem Congregationis primus Generalis fuit. Eorum primum ac praecipuum munus est de populorum tum ruri, tum in uribus Episcopii ac praesidis dignitate carentibus degentium instructione ac salute fatigare, Missionibus obviandis, Episcopis annuentibus, & Parochiis contententibus; munus alterum in eo est positum, ut Clericorum in pietate, ac scientiis, quae eorum flatui congruunt, progressu invigilent, I. in eum finem adhibitis Seminariis, II. exercitiis Ordinandorum, quibus eos comparant ad Sacros Ordines suscipiendos, III. Collationibus Ecclesiasticis, IV. Secessibus spiritualibus, ad quos pariter admittuntur Laici, cuiuscumque tandem conditionis extirrent; secessus autem hi septem aut octo dierum spatio perdurant.

Completuntur Provincias septem; & sunt Insulae Franciae proprie sic dictae, Campania, Pitavia, Aquitania, Lugdunensis, Italia, Polonia; & haec Provinciae constituunt Missiones circiter octuaginta, quae omnes a Generali, quoad vixerit, administratione, atque auctoritate pendunt. Passim nuncupantur Patres Sancti Lazari, propter eorum magnam Familiam Sancti Lazari ad caput Suburbii Sancti Laurentii Parisiis, ubi fundamenta jecerunt ann. 1632. Locus hic est Seminarium internum & externum in gratiam Ordinandorum & Missionum, & Hospitale, praeterquamquod ibi excipiuntur pensionarii. Adiant vulgo viginti octo circiter, seu triginta Presbyteri, & alumni circiter quinquaginta. In hac eadem domo recipiuntur ii, qui in hac Congregationem cooptari volunt, & appellantur Seminaristae, ibique hoc titulo permanent biennii spatio, quo elapso edunt vota, in quibus Generalis dispensare potest.

C A S U S.

De votis Missionariorum Sancti Lazari.

1. Ex Jubilaeo jus non oritur Confessarii dispensandi cum Presbyteris Congreg. Missionariorum Sancti Lazari in votis, quae, cum reciperentur, illi ediderunt.
2. Non id magis possunt Episcopi, quia potestatem hanc Sancti Sedis, & Generali Congregationis Pontifex reservavit.
3. Missionarii Sancti Lazari non possunt a suo statu recedere, ut suis fratribus, aliisque suis consanguineis opem ferant, exceptis patre & matre, quibus ut optulerit, recedere potest.
4. Nec potiore jure suum statum deservere possunt, ut animarum curam suscipiant, quin cum eo dispensentur votis, neque agritudinum & morborum praesentium.
5. Votum ab ejusmodi Presbyteris de more editorum pronuntiatione factis est, ut eorum Deo obligatio inducatur.

Q U A E S I T U M.

Congregationem Missionariorum Sancti Lazari erexit Urbanus VIII. in Diplomate nulla Votorum mentione facta. Deinde vero Vincentius ejus Institutor censens opus esse vinculo ad humani animi mutationibus semper obnoxii inconstantiam cohibendam, expedito judicavit, ut a Pontifice obtineretur facultas edendi in eadem Congregatione vota simplicia, in quibus dispensandi non nisi Pontificem, seu Superiorem generalem potestas esset. Id concessit Alex-

enim verbo res conficiatur, si Parochialis Missa diebus Dominicis audienda obligatio etiamnum subsistit, atque hac obligatio in re gravi veretur, & quod inde consequitur mortalis peccati materia est, ut haecenus offendere conati sumus; Confessarii, quibus poenitentium suorum falis commissi est, laxiore quadam convenientia nec iis dissimulare, quod scire tenentur, nec eos legitimi excusationibus delictu tolerare debent; sed semper alte animo infixam retineant necesse est Burdalenensis Concilii sub dispensationis exordium in hac rem laudati, & a Gregorio XIII. confirmati verba haec: *Seisitentur Confessarii a Poenitentibus, an huic officio satisfecerint, & gravitatem peccati, ut ab eo arceantur, proponant.* Loquitur autem Concilium de Parochiali Missa Dominicis diebus audienda.

Ad extremum ex iis omnibus, quae haecenus sunt dicta, concluditur, non amplius dubitandum esse, an Fideles Parochiali Missa interesse teneantur, & quocumque tandem modo alibi se res habeat, hanc dubio procul veterem Ecclesiae disciplinam esse, in qua quidem Gallicana Ecclesia ad hoc usque tempus firma permansit. Ex quo factum est, ut Gallicanum Episcopi suo jure utentes ejusdem disciplinae obligationem & passim, & acriter instaurarent, quod quidem eos praestitisse ostendimus supra. Quamobrem gravis culpa rei sunt, qui huic officio, cum id commode facere possint, ut Tridentina Synodus loquitur, non satisfecerint.

Decisum in Sorbona hac die 6. Octobris an. 1703. G. Fromageau, Habers. Praepositi, Debeys.

Vide Dictionarium D. PONTAS.

mentis X. Brevia, quatenus ipsorum obligationem pronuntiant.

Id tamen nihil impedit, quominus nonnulli in hac Congregatione cooptati contendant, variis nixi praetextibus, ab alio, quam a Pontifice, & a Superiore Generali secum in votis dispensari posse. Quamobrem rogatur Sorbonae Doctores, ut hanc Libellum supplicem diligenter expendant, suamque super questionibus insipientibus sententiam proponere non desistant.

I. Queritur, an Confessarius post Alexandri VII. & Clementis X. Diplomata valide dispensare possit in votis, quae edunt Missionarii, vi Bullae Jubilaei, cum in ea Votorum eorumdem expressa mentio non fiat, cumque Pontifex declaraverit non eam sibi mentem esse, ut ullo Diplomate eam facultatem concederet, nisi adit expressa mentio eorum Votorum, quae ad eandem Congregationem servandam sunt adeo opportuna ac necessaria?

II. Queritur, utrum Episcopi in iis dispensare valeant; quamvis enim Congregatio haec a Sancta Sede erecta ab Episcopis pendat, & quoad externa, quae ejus Socii in Ecclesia obeunt, officia eorum Jurisdictioni subiecta sit; quod tamen ad internum regimen spectat, illa quidem a Pontifice, & a proprio Generali Superiore pendet. Constat id ex ejus erectionis Bulla, in qua Pontifex Congregationis internam administrationem Superioribus tribuit, nulla Episcoporum facta mentione. Porro vota ejus tantum disciplinam & administrationem internam respiciunt; ac Pontifex expressis verbis eorum dispensationem sibi metipsum, & Superiore Generali reservat.

III. Queritur, an Missionarius liceat egressum petere, ut suis fratribus, ac fororibus, ejus opera ad subsistendum indigentibus optulerit, an vero permissionem hanc ad patrem tantum, ac matrem coarctari necesse sit? An non obligatio ceteris consanguineis optulandis cedere debeat obligationi, qua ille tenetur deservire Congregationi, quae est ejus mater, cui sese ex voto addixit, quae enim aluit, sustentavitque suis impensis toto probationis & studiorum tempore, nulla ab eo exacta pensione, quae eum educavit, edocuit, formavitque, ea conditione, ut ille in ea toto vitae spatio perseveraret, & numeribus, quae ipsi Ecclesiae committit, obeundis, pro ingenio ac viribus ei deserviret.

IV. Queritur, an Missionarius possit tuta conscientia Congregationem deservire, ut Parochiam administrandam suscipiat, ratus se in animarum cura utiliorem Ecclesiae operam praestituro? Id ei licere non videtur, quia nihil est, quod cogat Curam suscipere, cum contra tenetur in eo vite gerere, cui per vota, & firmitatis edictum iusjurandum additus est, permanere. Jam vero obligationis officia iis sunt anteposenda, quae libera, & nequaquam praecpta sunt; praeterea potest ille aequo utitur, & cum minore propria salutis periculo in Congregatione, quam in Parochia Ecclesiae deservire.

V. Queritur, an Missionarius ob aliquam corporalem agritudinem possit egressum petere? Non videtur posse, propterea quod Congregatio neminem unquam a suis subditis ejicit, quacumque demum infirmitate laboret; immo vero infirmorum longe maximam curam suscipit; nihil ab iis postulat supra vires, ibique omnia subsidia comparat, quaecumque cum ratione cupere possunt. Id in causa esse debet, ut illi meminerint se absolutam constantiam ei promississe sine ulla restrictione aut conditione, ac si quam apponere voluissent, futurum non fuisse, ut reciperetur; atque adeo melius iis sane fuisse, si nihil promississent; Deus enim non irridetur.

VI. Queritur, an Missionarius, qui sese abdicat, in quibus, nisi nullam fuisse intentionem edendi vota, quamvis ea de more pronuntiaverit, vel se contentidisse ea tantum vota edere, quibus liberari possent ab iis omnibus, qui in simplicibus votis dispensant, conscientiae securitate gaudeat?

R E S P O N S I O.

Conscientiae Consilium, quod vidit, expenditque, quod haecenus est expositum, Bullaque, & Brevia, de quibus est facta mentio, ut propositis questionibus occurrat, existimat.

Quoad primam, Confessarium in iis votis dispensare non posse, quae in Missionis Congregatione emittuntur, vel ea commutare, vi Bullae Jubilaei, propter Brevia Alexandri VII. diei 22. Septembris an. 1655. & Clementis X. diei 23. Junii an. 1670. ibique quae nominatim excipi eorum numero, quae vi Jubilaei commutari possunt; Quod vota in dicta Congregatione Missionis emissa, vel emittenda ab aliis, quam a pro tempore existente R. P. & Superiore generali ejusdem Congregationis licite ac valide non poterint, nec possunt dispensari, aut alias quomodolibet dissolvi vigore ejusdemque Jubilaei, &c. declarant. Haec sunt verba Bullae Clementis X. in qua sane omnino refertur Alexandri VII. Bulla.

Id sane dici possit, cum Jubilei Bulla castitatis & Reli-

gionis Vota tantummodo excipit. Pontificem censeri in aliis votis dispensandi facultatem Confessariis concedere; eorum enim, quae nominat, exceptio inutilis esset, si caetera reservata manerent.

Sed facile responderetur, in Jubilaeo de ordinariis tantum votis agi, non autem de iis, quae in probata Congregatione emittuntur, quia illa non nisi per eadem Vota subsistit.

Ceterum non frustra excipiuntur in Jubilaeo Religiosis & castitatis vota, ut Confessarii cognoscant, quod usque eorum potestas pertinet, in ordinariis tantum votis dispensare, & quorum non est distinctim facienda mentio, eujusmodi sunt Vota, quae spectant ad peregrinationes ad limina &c. Verum in hac facti specie rem omnem definit Clemens X. qui a Congregatione consalvus, quod Missionarii nonnulli contenderent, Alexandri VII. Bulla nihil obstante, Confessarium posse vi Jubilaei Vota ibidem edita commutare, respondit, Alexandri VII. Breve confirmans, id nec licite, nec valide fieri posse: *Non possunt vigore ejusdemque Jubilaei, & concessio- nis non faciemus expressam differentiam Votorum mentionem, sicuti praesentem declaramus.* Congregationis Subditi haec ignorare non possunt, quoniam antequam votis se obstringant, de ejusmodi Bullis monumentur, & per duos probationis annos non semel ipsis Votorum obligatio declaratur: nihil igitur contra dicta Congregationis Vota ex Jubilaei Bullis delamari potest.

Quoad secundam, Episcopum valide non posse dispensationem aut commutationem insinere Votorum Congregationis ab Ecclesia approbata, cum Pontifex ea reservavit; aliter reservatio nullum foret effectum, & inutilis foret; dubitari autem non potest, quin hanc reservationem facere possit, si ita expedire judicet. Eam porro edidit expressis verbis: *Vota praedicta, inquit Clemens X. pro tempore existente R. P. & Superiore Generali ejusdem Congregationis dispensari, aut commutari non possunt.*

Est quidem Congregatio Episcoporum Jurisdictioni subiecta, sed quoad externas quidem functiones, quae in Ecclesia ab ejus subditis exercentur; quod vero spectat ad ejus internum regimen, ipsa pendet a Pontifice, & a Superiore generali; apparet enim ex Bulla, cujus vi erecta est, Episcopos quoad caput hoc nulla in eam Jurisdictione pollere.

Porro vota, quae in Congregatione emittuntur, ad ejus internum tantummodo regimen spectant, praeterquamquod, ut supra dictum est, dispensationem sibi ac Superiore generali Pontifex reservavit; igitur liquido constat Episcopos ejusmodi concedenda dispensationis facultate carere. Secus posset pro arbitrato Congregationem evertere, quam ad universae Ecclesiae bonum Pontifex instituit.

Quoad tertiam; statim ac Vota quae edidit, quae in hac Congregatione edi solent, non amplius sui juris est, ac Corpus pertinet, cui se dedit, nec potest recedere, nisi in casibus, qui in Jure, vel Bullis excepti sunt; exempli causa patris & matris, ubi magis urgens necessitas casus est, in quo Missionarius a suo Generali petere possit egrediendi facultatem, ut iisdem optulerit; verum in suo fatis, regredi debet, nisi ejus permisso absoluta fuerit, & in perpetuum.

Sed haec egrediendi venia non debet ad ea extendi, quibus fratres, forores, nepotes, alique consanguinei opus habeant; clara est hujus discriminis ratio; habent filii a patre & matre, quod sunt; est naturalis iuris, & iustitiae, ut filius iis indigentibus opem afferat; quoad ceteros autem consanguineos, obligatio non nisi charitatis est, nec jus asserti Missionario defendendi proprii status, ut iis praesto fit. Ille quidem plus debet Congregationi, quae ob vota edita ipsius mater evasit, quam iis, qui eidem natura tantum & sanguine conjuncti sunt, & sine eo subsistere possunt.

Quoad quartam; Missionarius in Congregatione egredi nequit, ut Parochiam suscipiat, quia contra obligationem ageret, quam emissis obedientiae & constantiae votis contraxit, a quibus non nisi per Pontificem ac Superiorem Generalem absolvi potest.

Haud sane verum est, generatim loquendo Presbyterum Congregationis huic additum minus Ecclesiae utilem fore, quam si Parochiam administraret; quae enim bona ex Missionibus, in quibus rudes homines edocentur, ex Seminariis, ubi Ministri ad omnes Ecclesiae status instituantur, & ex ceteris functionibus Ecclesiasticis derivantur, ea longe multumque superant, quae Parochus, quocumque tandem zelo duxerit, afferre potest.

Parochialis igitur Cura susceptio haud satis iusta causa est deferenda Missionis, quod Missionis Presbyter in Parochia, quam in Congregatione putet utiliorem fore.

Praeterea cum in Congregatione constantia Votum ediderit, majoris boni, quod alibi sperat se facturum, cogitatione acquiescere non debet; praeterquam quod enim id admodum incertum est, atque ac cogitatio fere oritur ex levitate, quae humano animo ingentia est, bonum, quod editur in eo statu, qui ex voto susceptus est, illud nimium est, quod Deus per quovis alio bono postulat; ut proinde Missionarius omnem, quae ipsum abducatur, cogitationem rejiciat, & ad

MISSIONARIUM.

& ad proprii tantum status obeunda officia animum converte-
re debeat.

Denique ut se peccati instinctu hac in re assistam crede-

ntem everteret, ei gravem curam, & non mediocrem im-
pensam, quam in iis erudiendis sibi, asseret, sibi que cant-
pam aperiret, ut eam deferret, destrueretque, quippe qui
immediret. Quominus illa confiteretur & functione obsequi-

MONASTERIUM.

Eminentissimus quoque Cardinalis Noviliacensis in Consti-
tutione diei 7. Septembris ann. 1697. art. 23. insignes Benefa-

Ex his omnibus concludendum, Benefactrices, prorsus ut
eiusmodi sunt. non eo iure tollere. ut Monasterium

ac magna maturitate per Episcopum examinata: qua ejus animam moveat, & non ex commissis, & levibus verbis.

Decisum Parisiis in Sorbona die 15. Junii an. 1682. Aug. de Lamer.

CASUS II.

Monitorium ad detegendam Syngrapham causae apprimae utilem.

- 1. Revelanda est, ut Monitorio parentur, secreto commissa res; si revelationis defectus graue damnum proximo suo allaturus.
2. Non ita facta opus est, si certo ac proferre indubitato consistet hanc revelationem unicam fore, ac proinde inutilem, magisque dampna quam bono asserendo accomodatam.

QUESTITUM.

EX Sorbonicis Doctoribus quaeritur, utrum qui novit, quomodo, & a quo magno ponderis schedula in gravi causa subtrahata fuerit, teneatur necne, quod scit, declarare, sibi iam perspectis Monitoriis in eo negotio impetratis? Id difficultatem parit, quod ille de re cognovit ex iis ipsis, qui schedulam subtraxerunt; sed ei negotium in aurem commissum est, quod proinde non putat se in conscientia foro teneri prode, praeterim cum in Provincia Casuilla reperit ita sentientes, quamvis id subtractionis probationem impedit. Non est omittendum, hominem hunc nec Procuratorem, nec Advocatum, nec Consiliarium, nec iis consanguinitate conjunctum esse, qui sibi rem crediderunt.

RESPONSIO.

Theologiae Doctores subscripti censent, in negotio revelationis ob Monitorium privatam, cum de rebus agitur, qua secreto sciuntur, eam regulam servandam esse, quam asserit Navarrus in cap. inter verba 6. conclus. perfecta num. 402. in hac verba: Quicquid dicitur alicui secreto, quisquis ille sit, si id scire non est in prejudicium animae, corporis, fama, vel honorum alterius, debet secretum servari, quamvis iudex contrarium praecipiat. Hanc ipse exceptionem jam posuerat in rebus secreto notis in idem caput, ejusdemque conclusionis num. 222. Postquam facere Clericus Sacerdos, qui, licet denunciatio provisione componat, homicidia perpetrata, aliaque delicta, propter qua publicari amitterent vitam, non propterea esset irregularis, dummodo, quando ea revelat, professatur se ea tantum de causa id agere, ut impediantur mala imminencia, & non inferantur poena sanguinis malefactoribus, ut periculose desinit, & probat Casusanus allegando super hoc selectiores Canones. Capitul. Episcopus, nec Clerici vel Monachi in 6. c. Praelati de homic. edict. lib. Tum quia hoc potest facere, qui promissis: & juravit servare secretum, & non detegere, ut desinitur multis, Innoc. recepte, Panormit. & alii alibi, modo non fuerit revelatum media Confessione Sacramentali. Sylvius explicat admodum D. Thomae doctrinam in hoc negotio, 2. 2. quae. 70. artic. 1. concl. 6. Qui aliquid, inquit hic Auctor, ex alio audit, seu ab eo vidit fieri sub fide secreti, debet nihilominus de eo testificari, Superiore secundum Juris ordinem jubente, si redundat in Reip. damnum, vel injuriam alterius nocuentum; quia contra bonos mores bonumque nullum secretum licet recipere hic communis ad 2. c. quae. 68. artic. 11 ad 3. Si vero ea, quae sub fide secreti sunt accepta, possunt alique ullius salutaria oculentia, nullo modo sunt tradenda, etiam ex precepto Superioris, quia servare fidem est de jure naturalis. Hinc duo criminum genera distingui possunt quoad eos, qui eadem noverunt secreti fide; unum eorum est, quae ita consummata sunt, ut omne proflus malum contigerit, nullumque amplius seu publicum seu privatam dampnam timendum sit. In hac facti specie secreti fides obligat, & qui secretum ita recepit, illud per revelationem, vi Monitorii, ad Judicem deferre non debet. At si, quod alterum criminum genus est, crimen sit adhuc rei publicae, vel proximo perniciosum, ac malo, quod factum est, remedium per manifestationem asserri possit: secreti fides a revelationis obligatione non eximit. Quoniam itaque in praesenti causa syngraphae gravis in causa facta subtractione semper iis nocet, quibus erepta est, & si quidem, ea non recuperata, magnum incommodum patenterat: subscripti sentiunt, eum, qui secreto rem novit, a revelatione abstinere non posse, nisi forte subtrahat parti laese satisfaccere velit; & re ipsa satisfacciat; neque enim ille promissis acquiescere, eique, qui patitur, hand, quantum in se est, prospicere debet. Si tamen is, de quo agitur, certo sciret testimonium suum inutile fore, quod aliam probationem non haberet, & ejus quidem famam laderet, qui sibi secretum credidit, ei vero, qui injuriam patitur, minime optularetur, non teneatur id revelare, quod probare non posset, sine illoque negotio frustra ac temere, se obnoxium reddere,

atque adeo satis foret eum conticere, & eorum exemplum sequi, de quibus sermo est 2. quae. 7. c. Plernaque, ubi dicitur: Plernaque homini viri propter ea sufferunt aliorum peccata, & tamen, quia sepe deseruntur publicis documentis, quibus ea, quae ipsi sciunt, iudicibus probare non possunt. Quod Auctores nonnulli iis accomodat, qui habent, quod patefacere, sed tamen silentium servant, ne ipsi soli, & unici testes sint.

Decisum Parisiis die 27. Augusti an. 1679. Aug. de Lamer.

CASUS III.

Monitorium decoctionis causa.

- 1. Ejus consanguinei, in quem impetratum est Monitorium, deponere non teneantur.
2. Nec magis teneantur criminis complicis, quique possent interregari.

QUESTITUM.

Quaeritur, an qui ea sciunt, de quibus modo, vi quaerela sub Ecclesiasticarum censurarum poena deponere teneantur.

Quidam Mercator lanarius ex Urbe N. pridem meditatus decoctionem, in quam incidit, ut suos legitimos creditores, qui magno sunt numero, frustraretur, usus opera filii sui majoris natu, lanarii pariter Mercatoris, aliorumque filiorum suorum, affinium, & amicorum, subtraxit, celavitque sua quaque optima, nempe numeratam auri, & argenti vim, argenti suppellectilem, lintea, telas candidas, aliasque syngraphas, obligationes, titulos, scripta ad societates inter ipsum, ejusque dictum filium natu majorem, aliosque Mercatores intas pertinentia, codices, diaria, & acta ad rerum suarum, suaque mercaturae statum spectantia, & suarum mercium naturam mutavit, cessiones dolosas instituit, solvitque injuria, ac delo malo nonnullis & suis creditoribus cum aliorum damno; invitit deinde cum iis clandestinis, fraudulentisque contractis, ex quibus falso apparet, auri alieni trientem remissum esse; & horum contractuum vi Mercator, & filius conantur creditorum miserimos in eandem remissionem perturbare; in eumque miser eos in jus vocandos curarunt; sed cum dicti Creditores reluctarentur, ut id tuerentur, quod sibi legitime debebatur, non desuere, qui ipsi auctores essent, ut, cum ex summa decoctionis dolosa tempore extiterint, propugnarent ex Constitutione conventiones fraudulentiter intas ei nullum jus asserere, se ad eam remissionem edigendi; quasibus adversus Mercatorem, & complices libellum supplicem obtulerunt, isque concessum est, ut de factis in eo contentis informarent, & Monitorium, quod jam semel enantiatum est, obtinerent.

Porro non ignorant, bene multos, quibus ea facta perpescata sunt, deponere volentes impediti, atque abduci ab Ecclesiasticis hominibus, potissimum a P. C. iis persuadentibus, se id facere non teneri.

Alios quidem, quod reorum consanguinei sint, vel consanguineos se dicant.

Alios vero, quod, ut ajunt, domestici fuerint Mercatoris, aut consanguineorum, qui operam, & consilium ad bonorum mobilium, ac mercium subtractionem contulerunt.

Creditores, qui post decoctionem injuria, ac subdolo pecuniam, aut merces cum aliorum Mercatorum praedicio susceperunt, a depositione sibi cavent, ne in communem Creditorum massam, id, quod acceperant, conferre cogantur.

Qui Mercatoris nomine solverunt aliquibus ex Creditoribus, solutione in antecedentem consista, negant se testes accedere debere, tum ne cogantur bis solvere, tum quia Mercatori, vel iis, quibus pecuniam numerarunt, cognatione conjuncti sunt.

Vectores, qui e Fano S. Maclovii, vel aliunde, hujus hominis nomine, pecuniam, quam filius natu major recepit, asportarunt, se exemptos contendunt, vel quia publica persona sunt, secreti lege obstrictae, vel quia illud genus hominum sibi suppeditant, quo vitam sustentent.

Qui pecuniam debebant, aut merces ad hunc Mercatorem spectantes pra manibus habebant, dolosas cessiones contrexerunt, aut contracti confenserunt, facti alieni, ac mercium naturam mutarunt, aut mutandam curarunt, nec se putant debere deponere, praetendentes, se consanguineos esse, vel facturum, ut eidem summas, ac merces in omnium Creditorum emolumentum conferre cogantur.

Non pauci utriusque sexus Operarii, ac Mercenarii, eidem Mercatori proximi ab iis, quae sciunt, declarandis abstinere se posse judicant, quia domos incolunt, quae ad ipsum, vel ad filium, vel ad consanguineos spectant, seu quia, cum apud eos laboraverit, si deponerent, sua illi opera non amplius impoliterent uterentur.

Alii,

RESPONSIO.

Alii, quibus Mercator, quo tempore conjux e vita decel-fit, graves summas debebat, quibus postea Creditorum pecunia satisfecit, quamvis ejus filii teneantur earundem summarum dimidium ad Creditorum emolumentum conferre, sibi pariter a testimonio dicendo cavent consanguinitatis pretextu, quodque communem matris hereditatem die ipso ejus mortis eidem filii acceptaverunt.

Alii, qui societates ipsam inter, ejusque filium natu majorem, aliosque Mercatores intas norunt, sibi quoque deponendi obligationem nullam esse dicunt, eodem usi consanguinitatis pretextu.

Atque extremo quodam abusu, qui conscientiam aequae ac publicum bonum perturbat, omnibus omnino testibus, sive consanguineis, sive non, perfruderi contenditur, eos a depositione penitus immunes esse, propterea quia Mercator, & complicis ob fraudulenta decoctionis crimen, de quo accusantur, afflictivis poenis affici possunt, juxta Principis Constitutiones; id, quod eorum familiae infamiam asserret, ne illud addatur, non paucos ad incitas, & ad extremam mendacitatem redactos esse mala fide dicti Mercatoris, asseclarum, coadjutorum, fautorumque decoctionis, qui bonorum, & mercium subtractionem, aliarumque rerum in praesenti Monitorio contentarum notitiam ipsius adiungunt, quamvis haec una, & unica ratio sit, quam omnibus sperare possint fore, ut sibi, quod debetur, omnino, aut ex parte solvantur.

Ejusdem Mercatoris consanguinei, alique, qui ei distractioni optulati, ac patrocinati sunt, contendunt pariter, se non solum a dicendo testimonio, verum etiam a restitutionis obligatione exemptos esse.

Regantur Doctores, ut decidant, an Creditores, quibus Mercator, aut ejus filius compensationem promiserunt, vel promittendam curarunt, ut eos ad trientis auri alieni remissionem subdolo contrahendum adducerent, teneantur, necne ipsi deponere?

MONOPOLIUM.

Monopolium graeca originis nomen est, eumque vi suapte significat, qui unus solus aliquid generis mercis universim emittit, & solus vendit; ut proinde in Monopolis id conveniat, ut penes unum aliquem speciei alicujus vendendae potestas sit, vel aliquid fiat, quo eadem species pluris vendatur, vel opera, quae impenditur, majori pretio compensetur, quam valet; atque adeo unus tantum potest Monopolium facere, emptis omnibus intra angustos loci terminos mercibus, ut ab eo enim necesse sit, eo proflus pretio, quod ipse suo modo statuerit.

Monopolium dividi potest I. In Monopolium, quod auctoritate publica fit, cum Rex, Respublica, vel Communitas id privilegii concedat, exempli causa, alicui Mercatori, ut solus certas mercium species vendat, ut glaciei, pulveris Nicotiani, Salis, &c. II. in Monopolium, quod privata auctoritate instituitur, cum duo, pluresve Mercatores aliquam simul conventionem ineunt ad quarumdam mercium pretium augendum.

Certum est, Monopolium, quod publica auctoritate fit, prohibitum non esse, quia Principibus, & Magistratibus licet facultatem cupiam tribuere, ut aliquam peculiarem mercem solus vendat, cum id ad bonum publicum spectat; quo in casu debent iidem hujus mercis pretium taxare, ne venditori liberum sit eam vendere, prout voluerit; Monopolium hoc ad publicum bonum est saepenumero necessarium, ut inventiri possint, qui ejusmodi merces pretio minore vendant.

Monopolium porro, quod auctoritate privata fit, gravissimum crimen est: atque adeo, qui illud perpetrat, restituere tenentur, ac reparare damna proflus omnia, quae proximo, aucto mercium pretio, intulerunt. Iis accomodatari potest id, quod refertur in Canone (a) Esto illi; qui ex Toketano Concilio ductus est: si nempe Divinus Filius eos aeternis poenis addicit, qui pauperibus de propriis bonis non tribuerunt, futurum potiore jure, ut id damentur, qui id pauperibus eriperint, quod iis non ipsi dederunt; quia certum est, eos, qui de aliqua re mutuo conveniunt, ut mercium, rerumque praesertim, quae ad vitam necessaria sunt, pretium augeant, id auferre pauperibus, quod iis minime praebuerunt, eos adigentes ad necesse illas carius emendas, quam si nulla conventio extitisset. (b) Id autem adeo grave peccatum est, ut lex jubeat, eos, qui per summam arrogantiam, ac temeritatem ea Monopolia exercuerint, perpetuo exilio, & bonorum publicatione damnari.

Private auctoritatis Monopolium pluribus modis fit: I. Cum Mercatores inter se de certa, eaque pro ipsorum arbitrata statuta peculiaris alicujus mercis venditione, vel emptione conveniunt, quo in casu gravissime peccant, & id omne restituere tenentur, quod ex venditione ultra pretium summum, & ex emptione infra pretium infimum perceperunt. II. Cum plures Mercatores ad omnes certi cujusdam loci merces emendas conspirant, ut eas inde vendant majori pretio, quippe quae non nisi ex ipsis emi possint. Ejusmodi Monopolium prohibuit Franciscus I. in Constitutione, quam die 20. Junii ann. 1539. Parisiis edidit. III. Cum Artifices, alique Operarii mutuo conveniunt, ne quis eorum emat opus ab alio Operario, qui illud intermiserit, inchoatum; id, quod etiam idem Rex vetuit Augusto mense ejusdem anni in civilium societatum collatione. IV. Cum Mercatores fraude, aut mendacio impediunt, quominus merces, aut menses aliunde comportentur, quo ipsi carius eas vendant, quas possident, cum publici boni damno, ut videre est in Lege Julia, (c) quae prohibet, ne naves triticum, vel id genus alia deferentes, quominus ad portum appellat, impediatur.

(a) Canon est illi 20. quae. 2.
(b) L. Jubeamus cod. de Monopolis.
(c) L. Julia ff. ad legem Juliam de annonaz.

CA.